



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vsvardi Martyrologivm**

**Usuardus <Sangermanensis>**

**Lovanii, 1573**

Præfatio, Quae in multis libris adscibitur Bedæ, super opere Martyrologij:  
plures autem ipsam excerptam dicunt ex libris Beati Avgvstini.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42790**

## PRÆFATIO,

Quæ in multis libris adscribitur B E D A,  
super opere Martyrologij : plures autem  
ipsam excerptam dicunt ex libris Beati  
AVGVSTINI.

**F**estivitatem sanctorum Apostolo- Lib. 20. con-  
rum seu Martyrum, antiqui pa- tra Faustū  
tres in venerationis mysterio ce- cap. 21.  
lebrari sanxerunt; ad excitandam  
imitationem; & ut meritis ea-  
rum associemur; atque orationi-  
bus adiuuemur: ita tamen ut nulli martyrum, sed  
ipsi Deo martyrum, sacrificemus, quamvis in me-  
morias martyrum construamus altaria. Nemo  
enim antistitium in locis sanctorum corporum assi-  
stens altari, dixit: Offerimus tibi Petre aut Paule  
aut Cypriane: sed quod offertur, Deo offertur, qui  
Martyres coronauit: & apud memorias eorum  
quos coronauit: ut ex ipsorum locorum amore maior  
affectionis assurgat, ad augendam charitatem, & in  
illos quos imitari \* possimus: & in illum quo adiu- \* possumus.  
uante possimus. Colimus ergo Martyres eo cultu  
dilectionis & societatis, quo in hac vita coluntur  
homines sancti Dei, quorum cor ad tales pro Euan-  
gelica veritate passionem paratum esse sentimus:  
sed illos tanto deuotius quanto securius, post incerta  
omnia superata: quos etiam fidentiori laude præ-  
dicamus, iam in vita feliciore victores, quam in  
ista adhuc usque pugnantes. At vero illo cultu qui  
Græcè λατερία dicitur, sed Latine uno verbo dici  
non po-

itissent  
eouan-  
ristum  
ngulo-  
iubere  
tis me-  
nnibus  
nomi-  
per fin-  
iuerfa-  
um &  
nomi-  
gento-  
exce-  
derans  
simum  
d eue-  
nt in  
n præ  
stadio  
iptus:  
orum  
lies  
a

R. A.

P R A E F A T I O

non potest, cum sit quædam diuinitati debita seruitus, nec colimus, nec colendum docemus, nisi unum Deum. Cum autem ad hunc cultum pertineat oblatio sacrificij, inde idololatræ dicuntur, qui hoc etiam idolis exhibent. Nullo ergo modo aliquid tale offerimus, aut offerendum præcipimus, vel cuiquam martyri, vel cuiquam sanctæ animæ, vel cuiquam angelo. Et quisquis in hunc errorem labitur, corripitur per sanam doctrinam: siue ut corrigatur, siue ut condemnetur\*: dum etiam ipsi sancti homines vel angeli exhiberi sibi nolunt quod Deo deberi norunt. Apparuit hoc in Paulo & Barnaba, cum commoti miraculis, quæ per eos facta sunt, Lyaconij eis, tanquam dijs, immolare voluerunt: scissis enim vestibus, confitentes & persuadentes se deos non esse, ista sibi fieri vetuerunt. Apparuit & in Angelis, ut in Apocalypsi legimus, Angelum se adorari prohibentem, atque dicentem adoratori suo: *Vide ne feceris, conseruus enim tuus sum & fratrum tuorum: Deum adora.*] Honorandi sunt ergo martyres, propter imitationem: non adorandi, propter religionem: honorandi sunt charitate, non servitute.

\* siue vt  
caueatur.

Act. 14.

Apoca. 19  
& 22.

E P I-